96

Tu cum ieiunas caput tuum unge et faciem tuam lava. Dignitas
ieiunii multipliciter commendatur a loco a tempore ab aucto-
re. Fuit enim ieiunium preceptum a deo ade preceptum in
principio preceptum in paradiso. Dominus autem dixit de omni ligno
quod est in paradiso comede de ligno autem scientie boni et
mali ne comedas quacumque die comederis morte mori-
eris. Postquam ergo preceptum quod dominus contulit homini extitit ab-
stinentia quam donec custodivit ipse feliciter perstitit. Ubi vero
transgressus est mortaliter corruit. Unde per eum precipit in
levitico quam sit ieiunium. Omnis enim anima quecumque se non humiliavit
in ipso die ieiunii exterminabitur de populo suo. Utilitas
vero ieiunii multipliciter assignatur. Legitur enim valuisse ie-
iunium ad iram placandam et veniam impetrandam et ad penam vitan-
dam et nequitiam extirpandam et mundiciam retinendam et ig-
norantiam repellendam ad victoriam consequendam et gratiam re-
1 tinendam. Valuit ergo ieiunium ad iram placandam sicut quod Dan-
iel in ieiuniis oravit ad dominum panem desiderabilem non
comederet vel vinum et carnes non gustavit. Clamavit in quod ob-
secro ira tua ab ierusalem et a monte sancto tuo placare domine
attende et fac ne moreris. Adhuc eo loquente. Ecce
vir gabriel tetigit eum in hora sacrificii vespertini et
2 nunciavit preces eius a domino exauditas. Valuit ad veniam
impetrandam sicut quod ad predicationem ione viri ninivite predi-
caverunt ieiunium homines et ~~veta~~ iumenta boves et oves
et pecora non gustaverunt quicquam nec biberunt et vidit dominus opera
illorum quia conversi erant de via sua mala et misertus
est super malicia quam locutus fuerat ut faceret eis.
3 Valuit ad penam vitandam sicut quod hester ad consilium mardochei
tribus diebus et noctibus ieiunavit et extitit ad regem in-
gressa impetravit revocationem sententie quam aman procuraverat adv-

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 596, p. 96 – Excerpts from the lives and teachings of the Monastic Fathers (http://www.e-codices.ch/en/csg/0596/96)